


LIBER




æqualis est e, h, & duo k, l. & l, e. æquales duobus h, m, & m, e. igitur p eandem scientiam angulus k, l, e. æqualis angulo h, m, e. ergo residuus e, l, t. æqualis residuo e, m, z. Sed duo latera z, m, m, e. sunt æqualia duobus e, l, l, t. quia omnes sunt quartæ, igitur basis z, e. æqualis basi e, t. quod fuit ostendendum. Hinc patet correlariũ, & ex conceptione. Si ab æqualibus æqualia demas, remanentia fient æqualia.

PROPOSITIO XX.

Quilibet duo arcus eclipticæ æquales, & æqualiter ab alter utro puncto tropico distantes, habent ascensiones in horizonte obliquo coniunctas, æquales ascensionibus rectis eorundem pariter coniunctis.

¶ Sit ut antea meridianus a, b, g, d. medietas æquatoris a, e, g. medietas horizontis obliqui b, e, d. duo arcus zodiaci æquales, & æqualium distantiarum à puncto tropico hiemali sint z, h, t, h. ita ut t. sit principium æquinoctij uernalis, z. æquinoctij autumnalis: quos necesse est in h. terminari p octauam huius, etiam per æqualitatem complementorũ suarum declinationum. Palam autem est qd z, h. eleuatur in horizonte obliquo cum z, e. & t, h. eleuatur cum t, e. eo quod cum punctus t. peruenerit ad horizontem, tam t, h. quàm t, e. sunt perorti. Igitur totus arcus t, e, z. æquatur ascensionibus obliquis duorum arcuum z, h. & t, h.



¶ Præterea sit polus meridianus k, a. quo per h. ueniat quarta circuli magni k, h, l. p dicta superius de ascensionibus rectis, palam est quod in Sphæra recta z, h. eleuatur cum z, l. & t, h. eleuatur cum t, l. Sed duo arcus t, l. & l, z. sunt æquales duobus arcibus t, e. & z, e. ergo patet propositum. Ex his inferitur hoc correlarium.

Notis ascensionibus obliquis in una quarta eclipticæ, notæ quoq; fient in quartis reliquis.

¶ Notis em̄ ascensionibus in quarta ab ariete ad cancrum, per præmissam, noscentur & ascensiones in quarta à Capricorno ad Arietem. Inde p hanc reliquarum quartarum ascensiones patefient.

¶ Habes etiam quod differentia ascensionum in Sphæra recta & obliqua arcuum eclipticæ æqualium, & æqualiter à puncto tropico distantium sunt eadem, & quod per medietatem eclipticæ septentrionalem ascensio recta sit obliqua maior, per reliquam uero minor.

PROPOSITIO XXI.

Cuiuslibet arcus Eclipticæ à puncto æquinoctij uernalis inchoati, ascensionem in horizonte obliquo demonstrare.

¶ Sit meridianus a, b, g, d. medietas horizontis obliqui b, e, d. medietas æquatoris a, e, g. medietas eclipticæ z, h, t. punctus æquinoctij uernalis h. arcus eclipticæ h, l. datus. Palam est qd eius ascensio in hoc horizonte est arcus h, e. quæ quæritur. ¶ Sit polus Septentrionalis k. à quo ueniat quarta circuli magni p l. quæ sit k, l, m. Palam est qd arcus h, l. ascensio recta est h, m. quæ ex superioribus nota est, eius autem & ascensionis oblique differentia est, e, m. quæ sic nota fiet. Quia duo arcus k, m. & e, d. à terminis duorum

g, k.

